

1530. id est 18. Augusti

Negotiatorum Turcica

549  
Ex actis Tomici

F. 12.

Sigismundus I. Rex Poloniae,  
Ad Imbram Bassam

Sigismundus Dei gratia rex Poloniae, ma:  
gnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae  
Masovia etc Dominus et Haeres. Illustris  
et magne Princeps amice Charissime!

Relatum est nobis per Oratores et  
Nuncios nostros, quos isthuc mittere so:  
lemus Illustritatem tuam pro peculiari  
tua probitate et grati erga nos animi  
propensione de amicitia et officio nostro  
Serenissimo ac Potentissimo Imperatori  
optima quaque persuadere, illiusque  
Majestatis Amori Nos saepius commendare,  
pro quo officio et favore sicut debemus,  
magnas Illustritati tuae agimus gra:  
tias, rogamusque ab illa, ut et deinceps  
in tuenda ejusdem Serenissimi, et Potentis:  
simi Imperatoris amicitia, qua in propulsa:  
dis inimicorum nostrorum calumniis, si qua  
forent delationibus, eandem nobis opera  
et favorem prestare velit. Nos etiam  
vicissim haec officia in te tuae, omni qua  
paterimus gratificatione referre cu:  
rabimus. Quoniam vero et id nos nunti:  
atur, quod quidam istic circuferant, et insinu:  
ent nos Armenum filium nostrum Regno nostro pre:  
fuisse committere volumus, quin de hac re,  
quomodo se habeat ad Illustritatem tuam, de hujus  
humanitate multa nobis pollicemur per pre:

Sententia

